

Idus.
1231 q. 7. gbris

93.
Ex MS. Arch. Cap. Bloensis

28
Privilegium Conradi ducis Cracoviensis
ac Mazovia, super libertatibus ecclesie Blo-
censis et subditorum ejusdem ab angariis
et quibusvis servitiis, de anno 1231.

Ego Conradus Dei gratia Dux Cracoviensis, Mazovia,
Sandomiria et Lanutia, promisi et promitto Deo, fir-
miter observare omnes libertates, ab antecessoribus me-
is, et à me hactenus concessas, vel fortè in futuro
me largiente concedendas. Specialiter autem tam vene-
rabilis patris domini G. * Bloensis episcopi, quam
cleri totius Mazovia, his diebus quasi penitus heu
devastato, non minus flebili quam devota motus
instantia, in manibus dicti episcopi me iurejurando
plene et plane astrinxi, quòd ecclesie Bloensi datas
libertates, seu angarias, vel potius oppressiones re-
laxatas à ducali munificentia, non solum inviolate
bilitate conservabo; verum etiam ut conserventur
pro viribus opem et defensionem adhibebo. Quam obli-
gationem piè factam, ad meos transfere legitimos
successores, qui Deo propitio, tanquam ecclesie filii,
nunquam eas non solum violabunt, aut ne violen-
tur insudabunt; sed etiam ut speramus, concessio am-
pliora accumulabunt. Quia quòd semel Deo sunt obla-
ta, profanum est ad humanos usus, nedum abusus
revocare, et quia, qui parvè seminatur in hac vita, bre-
vi parvè et metet in aeterna. Gaudet siquidem et Deo
auctore perpetuò gaudebit Mazoviensis ecclesia, tam
in capite, quam in membris suis omnibus, prelata
li et persone, pradia et homines eorundem, ut de
his taceatur, quae de iure sibi videntur competere, spe-
cialibus quibusdam libertatibus, tam ex antiqua
consuetudine, quam ex ducali liberalitate obtentis,

sicut

3

sicut pro maiori parte credo in eorum privilegiis con-
tineri, quorum quedam ad habundantem cautelam
hoc ipsum supradicto episcopo, tam humiliter quam
providè supplicante, prout subito valui in presenti
meminisse, huic brevi scripto perscriptim feci com-
mendari. Ecclesiarum ergo et personarum predictarum
homines, ducalia non compellentur edificare
castra, sed suis munitionibus reparandis et conserva-
vandis duntaxat intendent. Caniductores, venatores
cum retibus, et falconarii, non intrabunt villas eorundem.
Braxatio potus non ponetur in eisdem vil-
lis, vacca, Podworowa, vel curia pro Podworowe, si-
ve illud quod dicitur Naraz, de predictis villis non
accipiantur, pzewod rusticarum sive powoz, præ-
fati homines non ducent, falconem casu deperditum
etiam non solvent, nec à solo ducæ sape dicti ho-
mines iudicabuntur, ad expeditionem non trahen-
tur nisi generalem, ascriptitii præterea omnino
à ducali iurisdictione sunt exempti. Alii multili-
bertatis articuli, cum super eis aliquod dubitatio-
nis forsitan emergerit, ea eorum privilegiis, loco et
tempore ad exhibendum aptis, ostensis, plenius li-
quebunt. Hanc demum huiusmodi meæ recognitio-
nis, vel etiam provisionis in futurum, cartulam,
sigillo quo in presentiarum utor, mandavi roborari.
Datum in Parca anno Domini 1231. septimo
idus novembris.

* Vide Epistolam
Greg. IX. Papæ ad
Dominicanos. a 123